UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Orandum est quadrupliciter.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

ri,non negat. Diu deſiderata dulcius obtinentur; cito autem data uileſcūt. ſeptimum eſt, defectus perſeuerantiæ in orando. Luc. 11. Et ille ſi perſeuerauerit pulſans, dico uobis, & ſi non dabit illi ſurgens eò quòd amicus eius ſit propter improbitatem tamen eius, ſurget & dabit illi quot quot habebit neceſſaria. Et P. Auguſtinus. Si non eſt amota oratio ſecurus eſt de miſericordia dei. Luc. 11. Luc. 11. Auguſ.

Orandum eſt quadrupliciter.

PRimo attentè. Petrus Apoſtolus hoc docet. Vigilate in orationibus. Super q̄bus uerbis dicit Gloſſa. Ne animus cogitet p̄ter id ſolum quod præcatur. Potius orandum eſt corde, quàm ore tantum. Exemplum eſt de Anna, quæ corde ſuo loquebatur, & uox illius penitus non audiebatur. Iſydorus ad hanc ſententiam benedicit. Oratio cordis eſt, non labiorum, neque uerba depræcantis deus intendit, ſed orantis cor aſpicit. Vnde Saluator orare nos inſtruens dicebat. Orantes autem nolite multum loqui, &c. Propterea dicebat P. Auguſtinus. Quando oras dominum, pietate opus eſt, non uer- Pet. ult Gloſſa 1. Re. 1. Matt. 6. Auguſ.

boſitate. Multum loqui ethnicorum eſt, quibus non uult ſeruator nos aſſimilari, ne in multiloquio
Mat. 6 nos exaudiri arbitremur; cum ſciat Pater noſter cæleſtis, quid opus ſit nobis antequam petamus. Secundo
Deut. 4. cum deſiderio. Deut. Cum quęſieris dominum deum tuum, inuenies eum ſi tamen eum toto corde quęſieris.
Hiere. Hiere. Cum quęſieris me in toto cor
Gregor. de ueſtro inueniar à uobis. Vnde Gregorius. Æternam uitam ſi ore petimus, nec tamen corde deſideramus, clamantes tacemus. Magnitudo deſiderij eſt clamor quem deus exaudit.
Auguſ. Et P. Auguſtinus. Nemo de pietate dei diffidat, quoniam maior eſt miſericordia eius miſeria noſtra, & quisquis ad eum toto corde clamauerit, exaudiet eum, quoniam miſericors eſt. Tertio cum gemitu & lacry
Iſa 38. mis. Iſa. 38. Audiui orationem tuam,
Exo. 3. & uidi lacrymam tuam. Exo. Audi
Pſal. 38. ui gemitus eorum. Et Pſal. Auribus percipe lacrymas meas. Vnde Gloſſa dicit. Quę lacrymæ uiolentæ ſunt in
Bernar. præcibus. Et Bernardus. O humilis lacryma tuum eſt regnum, tua eſt potentia: aſpectum iudicis non uereris inimicis accuſantibus ſilentium imponis; ſola intras ad regem, ſed non ſola recedis; uincis inuincibilem; & ligas

omnipotentem. Quarto orandum eſt humiliter. Pſal. reſpexit in oratione humilium. Sicut legitur de Publicano, & de Cananęa catello ſe comparante. Vnde Iudith. dicebat. Neque ſuperbi ab initio placuerunt tibi, ſed ſemper tibi placuit humiliũ & mãſuetorũ depræcatio. Et Eccle. Oratio humiliãtis ſe nubes penetrabit, &c. Sed hodie cõtrario modo mulieres agunt, cum.n. ad eccleſiam uadunt, ſtudioſius ſe ornant, cum tunc ſe magis humiliare deberent, ſicut Iudith, & Heſter, & Niniuitę fecerunt, qui ſe ſaccis induerunt. Vnde D. Ambroſius. Qui enim uult audiri, inclinare ſe debet amota pompa, ut miſericordiam dei prouocet. Habitus enim ſuperbus nec impetrat, nec recta de ſe facit credi.

Pſa.101 Iudith.9 Eccl.35 Ambr.

Oranti duo ſunt neceſſaria, ut exaudiatur.

PRimum eſt ut beneuiuat. Et ut aliquis beneuiuat, tria neceſſaria ſunt. Primo, ut opere compleat, quæ Deus præcipit. Io.9. Scimus quod Deus peccatores non exaudit ſed ſi quis dei cultor eſt, & uoluntatem eius facit, hunc exaudit. Et Iſydorus. Si id quod Deus pręcipit

Io.9. Iſydo.